

De sancto Mathia apostolo. Fo. lv.

Denudatio autem significat quod inter se et deum nihil debet esse medium. sed immediate deo debet uniri et reuelata facie domini gloria speculari. Capillorum detritio fit. ut ex hoc deitur intelligi. quod clerici omnes cogitationes superfluas a mente sua debent abscidere. et ad verbum dei semper auditum paratum et expeditum habere. et omnia temporalia preterquam ad necessitate a se penitus remouere. fit autem circularis figura multiplici ratione. Primo quoniam hec figura non habet finem neque principium. Per quod datur intelligi. quod ministri dei sunt clerici qui deus nec habet principium neque finem. Secundo quoniam hec figura nullum angulum habet et significat quod clerici non debent habere sordes in vita. quoniam ubi angulus ibi sordes. ut dicit Bernardus. Et debent habere veritatem in doctrina: quoniam veritas angelos non habet sicut dicit Hieronymus. Tertio quoniam hec figura est omnium figurarum pulcherrima. Unde in hac deus celestes creaturas fecit. Per quod significatur quod clerici debent habere pulchritudinem interius in mente et exterius in uersatione. Quarto quoniam hec figura est omnium figurarum simplicissima. Nulla enim figura ut dicit Augustinus ex una linea consistit sola circularis figura est. que una tamen linea clauditur. Per quod significatur quod clerici habere debent simplicitatem columbarum: iuxta illud. et simplices sicut columbe.

Mathias hebraice dicitur donatus domino. vel donatio domini. vel humilis sive puerus. Nam donatus a domino fuit. quoniam ipsum de mundo elegit. et inter. lxxij. discipulos designauit. Donatio domini fuit. quoniam forte electus inter apostolos nominari permittit. Puerus fuit. quia uera se humilitate seruauit. Est autem simplex humilitas sicut dicit Ambrosius. Prima est afflictio quod quod dicitur humilitas. Secunda consideratio quod procedit ex consideratione sui. Tertia deuotio quod procedit ex cognitione creatoris. primam habuit beatus Mathias

martirium patiendo. Secunda seipsum despiciendo. Tertia maiestate dei admirando. Tunc de a manu quod est bonum et thesis positio. inde Mathias bonum positum pro malo. scilicet pro iuda. Eius vitam que per ecclesias legitur Beda scriptis credere dicitur.

Mathias apostolus in locum inde substitutus est. sed primo ortum originem ipsius inde breuiter uideamus. Legitur enim in quadam historia licet apocrypha. quod fuit quidam uir in hierusalem nomine ruben. Qui alio nomine dicitur est symon de tribu Dan. vel secundum Hieronymum de tribu ysachar. qui habuit uxorem que cyborea nuncupata est. quaedam igitur nocte cum sibi mutuo debent exoluissent. cyborea obdormiens somnium uidit que per territa cum gemitibus et suspirio uiro suo retulit. Videbatur mihi quod filium flagitiosum parerem. qui totius gentis nostre causa perditionis existeret. Cui ruben nephariam in dicitur necrelatu dignam parare. et spiritum ceputo phitonico rapis. Cui illa. Si me concepisse sensero. et filium peperero. absque dubio non spiritus phitonici existit. sed reuelatio certa fuit. Procedente igitur tempore. cum filium peperisset. parentes plurimum timuerunt. et quid de eo facerent cogitare ceperunt. Quibus filium abhorreret occidere. nec uellent destructorem sui generis enutrire. ipsum in fiscella positum mari exponunt. Que marini fluctus ad insulas que scharioth dicitur protulerunt ab illa igitur insula iudas schariothis appellatus est. Regina autem illius loci carens liberis. Ad litus maris causa spaciandi processit. et fiscellam a marinis fluctibus iactari uidentem ipsam aperiri precepit: inueniesque ibi puerum elegantis forme. Suspirans ait. Quod si solacium tante subleuaret sololis. Ne regni mei priuaretur successore. Puer igitur secreto nutrirum fecit. et se quidam simulauit.